



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 19. Concilium Mediolanense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

lium Papæ suavit, ut tres Ordines illos Sæcul.XIII.  
 conjungeret, observationes optimas feli- A. C. 1291.  
 gens, atque in auxilium Palæstinæ fe-  
 rendum Regem Romanorum ac Germa-  
 niæ Principes vocaret. At Nicolaus IV  
 obiit, antequam id responsum veniret  
 Romam.

§. XIX.

*Concilium Mediolanense.*

Omnibus e conciliis hac de materia  
 habitis nullum est, de quo nobis su-  
 perfit tanta rerum singularum narratio,  
 quanta restat de Mediolanensi per Ar-  
 chiepiscopum Ottonem Pro-Comitem ce-  
 lebrato. Hic cunctis Suffraganeis suis  
 præcepit, ut die quarto ante festum S. An- Corio 2. par.  
 dreæ, id est, vigesimo sexto Novem- p. 353.  
 bris Mediolani adessent; ac vicesimo se- conc. to. II.  
 ptimo orsus est concilium in templo S. p. 1361.  
 Theclæ, ubi præsidebat in suggestu E-  
 piscopos inter & Abbates, Clerumque  
 reliquum in dignitatibus constitutum.  
 Recitabantur tres epistolæ Papæ: prima  
 continebat jacturam Palæstinæ, ac ex-  
 hortationem ad bellum sacrum: altera  
 Episcopis omnibus imperabat, ut id sua-  
 dendum e pulpitis curarent: tertia de  
 conjungendis Hospitalariis Templariis-  
 que agebat. Tum Archiepiscopus man-  
 davit, ut die proximo omnes eodem in



Sæcul. XIII.  
A.C. 1291.

loco comparerent : quo die 28 Nov. Oratores duo, Dominicanus alter, alter ex Ordine Minorum ad exequendam Papæ mentem, & ad consilia scripto danda hortabantur. Pridie festum S. Andreae Concilium rursus convenit: legebantur multæ sententiæ, præceptumque fuit, ut die postero sub sacrificio singulares fierent preces, dein scriberetur ad Papam, ut expeditioni sacræ Regem Gallorum præficeret, & ad eam suscipiendam Christianos Principes omnes sollicitaret; inter Venetias, Pisas, Genuam, cæterasque urbes maritimas pacem procuraret; ad securitatem publicam maxime per Montem Ferratum præstandam omnes Italiæ civitates foedericerent; Papa rem navalem in ordinem adduceret vetans commercium transmarinum; Equites Hospitalarii, Templarii ac Teutonici unum in Ordinem militare, & sub unicum Magistrum redigerentur, quem Papa eis constitueret. Denique rogabatur Archiepiscopus, ut omni pro Clero Procuratorem deligeret, qui ampla cum potestate exequendi omnes concilii sententias iret ad Papam: illique ad faciendum iter suum est spatium datum usque ad anniversariam lustratæ Virginis diem.